

**Preces catholicae**

**M** *Dominus uobiscum.  
Sursum corda.  
Gratias agamus Domino Deo nostro.  
Oremus:*

**Pater noster** qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum: adueniat regnum tuum: fiat uoluntas tua, sicut in caelo et in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris: \* et ne nos inducas in temptationem: sed libera nos a malo.

Matthew 6.9-13

Quia tuum est regnum, potentia et Gloria in saecula saeculorum.

**Ave Maria,** gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus; et benedictus fructus uentris tui, Iesus. Luke 1.28-29

Sancta Maria, mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostrarer.†

**M Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto;**

**DD Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum.**

[*Symbolum Apostolorum*] **Credo** in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem caeli et terrae.

Et in Iesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Uirgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, et sepultus, descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis, ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis, inde uenturus est iudicare uiuos et mortuos.

**Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, uitam aeternam.**^

**M Beata Uirgo Maria / Sancte {nomen},**  
**Benedicamus Domino.**  
**¶ In nomine Patris,**

**DD Et cum spiritu tuo.**  
**Habemus ad Dominum.**  
**Dignum et iustum est.**

[*Symbolum Nicaenum Pristinum*] **Credo** in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, uisibilium omnium et inuisibilium.

Et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia saecula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum uerum de Deo uero; genitum non factum, consubstantiale Patri, per quem omnia facta sunt; qui propter nos homines et propter nostram salutem, descendit de caelis et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Uirgine, et homo factus est, crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato passus et sepultus est, et resurrexit tertia die secundum Scripturas, et ascendit in caelum sedet ad dexteram Patris, et iterum uenturus est cum Gloria iudicare uiuos et mortuos, cuius regni non erit finis.

Et in Spiritum Sanctum Dominum et uiuiticantem qui ex Patre {Filioque} procedit, qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum, et exspecto resurrectionem mortuorum, et uitam uenturi saeculi.

**Angele Dei,** qui custos es mei, me tibi commissum pietate superna; [hodie, hac nocte] illumina, custodi, rege, et gubernaria.

**Gratia Domini nostri Iesu Christi, caritas Dei, et communicatio Sancti Spiritus, sit semper cum omnibus nobis.**

**DD Ora pro nobis.**  
**Deo gratias.**  
**et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.**

[Canticus Mariae] **Magnificat** anima mea Dominum: et exsultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillae suae: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna, qui potens est: et sanctum nomen eius. Et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede: et exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis: et diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae: sicut locutus est ad patres nostros, Abraham et semini eius in saecula.

Luke 1.46-55

[Canticus Zechariae] **Benedictus Dominus Deus Israel**, quia uisitauit et fecit redemptionem plebis suae, et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum qui a saeculo sunt, prophetarum eius: salutem ex inimicis nostris et de manu omnium qui oderunt nos, ad faciendam misericordiam cum patribus nostris et memorari testamenti sui sancti, iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis, ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi in sanctitate et iustitia coram ipso omnibus diebus nostris.

Et tu puer, propheta alitissimi uocaberis, praeibis enim ante faciem Domini parare uias eius, ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum eorum; per uiscera misericordiae Dei nostri in quibus uisitabit nos oriens ex alto illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent, ad dirigendos pede nostros in uiam pacis.

Luke 1.68-59

[Canticus Simeonis] Nunc dimittis seruum tuum Domine secundum uerbum tuum in pace quia uiderunt oculi mei salutare tuum quod parauisti ante faciem omnium populorum lumen ad reuelationem gentium et gloriam plebis tuae Israel.

Luke 2.29-32

**Salve Regina**, mater misericordiae, uita, dulcedo, et spes nostra, salve. Ad te clamamus, exsules, filii Euae; ad te  
Πασα δοσις αγαθη και παν δωρημα τελειον ανωθεν εστιν James 1.17a

suspiramus, gementes et flentes in hac lacrimarum ualle.

Eia ergo, aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte, et Iesum bendictum fructum uentris tui nobis post hoc exilium ostende. O clemens, O pia, O dulcis Virgo Maria.‡

**M** Ora pro nobis, Sancta Dei Genetrix,

**D** D Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

**R** egina Caeli, laetare, alleluia: quia quem meruisti portare, alleluia. Resurrexit sicut dixit, alleluia. Ora pro nobis Deum, alleluia.§

**M** Adoramus te, Sanctissime Domine Iesus Christe, hic et ad omnes ecclesias tuas, quae sunt in toto mundo, et benedicimus tibi;

¶ Quia per Sanctam Crucem tuam redemisti mundum.

Francis of Assisi

[Oratio Fatimae] **D**omine Iesus, dimitte nobis debita nostra, salua nos ab igne inferiori, perduc in caelum omnes animas, praesertim eas, quae misericordiae tuae maxime indigent.

**C**onfiteor Deo omnipotenti, Beatae Mariae semper uirgini, beato Michaeli Archangelo, Beato Ioanni Baptista, Sanctis Apostolis Petro et Paulo, omnibus Sanctis, et tibi, Pater, quia peccauit nimis, cogitatione, uerbo et opere: [percutit sibi pectus ter, dicens] mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa.

Ideo precor Beatam Mariam semper uirginem, beatum Michaelem Archangelum, Beatum Ioannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et te, Pater, orare pro me, ad Dominum Deum nostrum.

**A**gnus Dei, qui tollis peccata mundi: miserere nobis. :: Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: dona nobis pacem.

**L**ocutus est Dominus ad Mosen dicens loquere Aaron et filiis eius sic benedicetis filiis Israhel et dicetis eis benedicate tibi Dominus et custodiat te ostendat Dominus faciem suam tibi et misereatur tui conuertat Dominus uultum suum ad te et det tibi pacem inuocabunt nomen mun super filios Israhel et ego benedicam eis.

Numbers 6.22-27

[*Symbolum S Athanasi*] **Quicumque uult** saluus esse, ante omnia opus est, ut teneat catholicam fidem: quam nisi quisque integrum in uiolatamque seruauerit, absque dubio in aeternam peribit.

Fides autem catholica haec est: ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate ueneremur. Neque confundentes personas, neque substantiam seperantes. Alia est enim persona Patris alia Fili, alia Spiritus Sancti: Sed Patris, et Fili, et Spiritus Sancti una est diuinitas, aequalis gloria, coeterna maiestas. Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus. Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus Sanctus. Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus Sanctus. Aeternus Pater, aeternus Filius, aeternus Spiritus Sanctus. Et tamen non tres aeterni, sed unus aeternus. Sicut non tres increati, nec tres immensi, sed unus increatus, et unus immensus. Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus Sanctus. Et tamen non tres omnipotentes, sed unus omnipotens. Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus. Et tamen non tres dii, sed unus est Deus. Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus Spiritus Sanctus. Et tamen non tres Domini, sed unus est Dominus. Quia, sicut singillatim unamquamque personam Deum ac Dominum confiteri christiana ueritate compelimus: ita tres Deos aut Dominos dicere catholica religione prohibemur. Pater a nullo est factus: nec creatus, nec genitus. Filius a Patre solo est: non factus, nec creatus, sed genitus. Spiritus Sanctus a Patre et Filio: non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Unus ergo Pater, non tres Patres: unus Filius, non tres Filii: unus Spiritus Sanctus, non tres Spiritus Sancti. Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus: sed totae tres personae coaeternae sibi sunt et coaequales. Ita ut per omnia, sicut iam supra dictum est, et unitas in Trinitate, et Trinitas in unitate ueneranda sit. Qui uult ergo saluus esse, ita de Trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad aeternam salutem, ut incarnationem quoque Domini nostri Iesu

Christi fideliter credat. Est ergo fides recta ut credamus et confiteamur, quia Dominus noster Jesus Christus, Dei Filius, Deus et homo est. Deus est ex substantia Patris ante saecula genitus: et homo est ex substantia matris in saeculo natus. Perfectus Deus, perfectus homo: ex anima rationali et humana carne subsistens. Aequalis Patri secundum diuinitatem: minor Patre secundum humanitatem. Qui licet Deus sit et homo, non duo tamen, sed unus est Christus. Unus autem non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum. Unus omnino, non confusione substantiae, sed unitate personae. Nam sicut anima rationalis et caro unus est homo: ita Deus et homo unus est Christus. Qui passus est pro salute nostra: descendit ad inferos: tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde uenturus est iudicare uiuos et mortuos. Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis: et reddituri sunt de factis propriis rationem. Et qui bona egerunt, ibunt in uitam aeternam: qui uero mala, in ignem aeternum. Haec est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, saluus esse non poterit.

[*Cenis*] **Benedicte** Domine nos et haec tua dona qua de tua largitate sumus sumptui per Iesum Christum Dominum nostrum.

**Benedictus** benedicat per Iesum Christum Dominum nostrum.

**Benedicto** benedicatur per Iesum Christum Dominum nostrum.

**Benedicte** Domino. Oculi omnium sperant in te Domine; et tu das escam illorum in tempore. Aperis manum tuam; et imples omne animal benedictione.

Deus caritas est; qui manet in caritate in Deo manet, et Deus in eo. Sit Deus in nobis et nos maneamus in ipso.

King's College, Oxford (1441)

**†M** Ora pro nobis, Sancta Dei Genetrix,  
**DD** Ut digni efficiamur promissionibus Christi.  
*Deus, refugium nostrum et uirtus, populum ad clamantem propitiis respice; et intercedente gloriosa et Immaculata Uirgine Dei Genetrice Maria, cum Beato Iosepho eius sponso, ac Beatis Apostolis tuis Petro et Paulo et omnibus sanctis, quas pro couersione peccatorum, pro libertate et exaltatione Sanctae Matris Ecclesiae, preces effundimus, misericors et benignus exaudi per eundem Christum Dominum nostrum.*

**§M** Gaude et laetare, Uirgo Maria, alleluia.

**DD** Qui surrexit Dominus uere, alleluia.  
*Deus, qui per resurrectionem Filii tui, Domini nostri Iesu Christi, mundum laetificare dignatus es: praesta, quae sumus; ut per eius Genetricem Uirginem Mariam, perpetuae capiamus gaudia uitae per eundem Christum Dominum nostrum.*

[Post Rosarium] **‡M** Ora pro nobis, Sancta Dei Genetrix,

**DD** Ut digni efficiamur promissionibus Christi.  
*Deus, cuius Unigenitus per uitam mortem et resurrectionem suam nobis salutis aeterne praemia comparauit: concede, quae sumus; ut, haec mysteria Sanctissimo Beatae Mariae Uirginis Rosario recolentes, et imitemur quod continent, et quod promittunt, assequamur per eundem Christum Dominum nostrum.*

**Memorare**, O piissima Uirgo Maria, non esse auditum a saeculo quemquam ad tua currentem praesidia, tua implorantem auxilia, tua pententem suffragia, ese derelictum. Ego tali animatus confidentia, ad te, Uirgo Virginum, Mater, curro, ad te uenio, coram te gemens peccator assisto; noli, Mater Uerbi, uerba mea despicere, sed audi propitia, et exaudi.

**M Angelus** Domini nuntiauit Mariae.

**DD** Et concepit de Spiritu Sancto.

**†M** Ecce ancilla Domini.

**DD** Fiat mihi secundum uerbum tuum.

**†M** Et Uerbum caro factum est.

**DD** Et habitauit in nobis.

**†M** Ora pro nobis, Sancta Dei Genetrix.

**DD** Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

*Gratiam tuam, quae sumus, Domine, mentibus nostris infunde, ut qui, Angelo nuntiante, Christi Filii tui incarnationem cognouimus, per passionem eius et Crucem ad resurrectionis gloriam perducamur per eundem Christum Dominum nostrum.*

[Ad Beatam Mariam Uirginem ante Missam] **O Mater pietatis** et misericordiae, beatissima Uirgo Maria, ego miser et indignus peccator ad te configlio toto corde et affectu; et precor pietatem tuam, ut, sicut dulcissimo Filio tuo in Cruce pendenti astististi, ita et mihi, misero peccatori, et sacerdotibus omnibus, hic et in tota Sancta Ecclesia hodie offerentibus et fidelibus omnibus sacrosanctum Filii tui Corporis sumentibus, clementer adsistere digneris, ut, tua gratia adiuti, dignam et acceptabilem hostiam in conspectu summae et indiuiduae Trinitatis offerre ualeamus digne ac fructuose illud sumere ualeamus.

[Rosarium] **M** Deus in adiutorium meum intende,  
**DD** Domine ad adiuuandum me festina.

<sup>^</sup>**Mysteria gaudiosa** Lunīs, Saturnīs  
*Quem tu Uirgo a Spiritu http:// concepisti  
 Quam tu Uirgo ad Elisabetham portasti  
 Quem, tu Uirgo in Bethlehem genuisti  
 Quem tu Uirgo in templo praesentasti  
 Quem in templo inuenisti.*

<sup>^</sup>**Mysteria dolorosa** Martibus, Ueneribus  
*Qui pro nobis sanguinem sudauit  
 Qui pro nobis flagellatus est  
 Qui pro nobis spinis coronatus est  
 Qui pro nobis crucem baiulauit  
 Qui pro nobis crucifixus est.*

<sup>^</sup>**Mysteria gloria** Mercuriīs, Solibus  
*Qui a mortuis resurrexit  
 Qui in caelum ascendit  
 Qui nobis Spiritum Sanctum misit  
 Qui te, Uirgo, in caelum assumpsit  
 Qui te, Uirgo, in caelis coronauit.*

<sup>^</sup>**Mysteria luminosa** Iouibus  
*Qui apud Iordanem baptizus est  
 Qui ipsum reuelauit apud Canēse matrimonium  
 Qui Regnum Dei annuntiauit  
 Qui transfiguratus est  
 Qui Eucharistiam instituit.*

**Aue uerum** Corpus natum de Maria Uirgine: uere passum, immolatum in Cruce pro homine: cuius latus perforatum fluxit aqua et sanguine: esto nobis praegustatum mortis in examine. O Jesus dulcis, O Jesus pie, O Jesus Fili Mariae!

**Pietate tua,** quae sumus, Domine, nostrorum solue unicula peccatorum, et intercedente Beata semperque Uirgine Dei Genetrice Maria cum Beato Iosepho ac Beatis Apostolis tuis Petro et Paulo et omnibus sanctis, nos famulos tuos et loca nostra in omni sanctitate custodi; omnes consanguinitate, affinitate ac familiaritate nobis coniunctos a uitiis purga, uirtutibus illustra; pacem et salutem nobis tribue; hostes uisibiles et inuisibiles remoue; carnalia desideria repelle: aerem salubrem indulge; amicis et inimicis nostris caritatem largire; Urbem tuam custodi; Pontificem nostrum {nomen} conserua; omnes paelatos, principem cunctumque populum christianum ab omni aduersitate defende. Benedictio tua sit super nos emper, et omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam concede.

[*O salutaris hostia*] Uerbum supernum prodiens, nec Patris linquens dexteram, ad opus suum exiens, uenit ad uitae uesperam.

In mortem a discipulo suis tradendus æmulis, prius in uitae ferculo se tradidit discipulis.

Quibus sub bina specie carnem dedit et sanguinem; ut duplicit substantiae totum cibaret hominem.

Se nascens dedit socium, conuescens in edulium, se moriens in pretium, se regnans dat in præmium.

**O salutaris Hostia** quae coeli pandis ostium. Bella premunt hostilia; da robur, fer auxilium. Uni trinoque Domino sit sempiterna gloria: qui uitam sine termino, nobis donet in patria.

Thomas Aquinas (1264)

[*Panis angelicus*] Sacris solemniis iuncta sint gaudia, et ex praecordiis sonent pæconia; recedant uetera, noua sint omnia, corda, uoces, et opera.

Noctis recolitur cena nouissima, qua Christus creditor agnum et azyma dedisse fratribus, iuxta legitima priscis indulta patribus.

Post agnum typicum, expletis epulis, Corpus Dominicum datum discipulis, sic totum omnibus, quod totum singulis, eius fatemur manibus.

Dedit fragilibus corporis ferculum, dedit et tristibus sanguinis poculum, dicens: accipite quod trado uasculum; omnes ex eo bibite.

Sic sacrificium istud instituit, cuius officium committi uoluit solis presbyteris, quibus sic congruit, ut sumant, et dent ceteris.

**Panis angelicus** fit panis hominum; dat panis caelicus figuris terminum; O res mirabilis: manducat Dominum pauper, seruus et humilis. Te, trina Deitas unaque, poscimus: sic nos tu uisita, sicut te colimus; per tuas semitas duc nos quo tendimus, ad lucem quam inhabitas.

Thomas Aquinas (1264)

[*Tantum ergo*] Pange, lingua, gloriosi Corporis mysterium, Sanguinisque pretiosi, quem in mundi pretium fructus uentris generosi Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus ex intacta Uirgine, et in mundo conuersatus, sparso uerbi semine, sui moras incolatus miro clausit ordine.

In supremae nocte coenae recumbens cum fratribus obseruata lege plene cibis in legalibus, cibum turbae duodenae se dat suis manibus.

Uerbum caro, panem uerum Uerbo carnem efficit: fitque sanguis Christi merum, et si sensus deficit, ad firmandum cor sincerum sola fides sufficit.

**Tantum ergo** Sacramentum ueneremur cernui: antiquum documentum nouo cedat ritui: praestet fides supplementum sensuum defectui. Genitori, genitoque laus et iubilatio, salus, honor, uirtus quoque sit et benedictio: procedenti ab utroque compar sit laudatio.

**M** Panem de caelis pæstitisti eis.

**DD** Omne delectamentum in se habentem.

**M** Deus, qui nobis sub sacramento mirabili, passionis tuae memoriam reliquisti: tribue, quæsumus, ita nos corporis et sanguinis tui sacramysteria uenerari, ut redemptoris tuae fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui uiuis et regnas in saecula saeculorum.

Thomas Aquinas (1264)



[Actus Caritatis] **Domine Deus**, amo te super omnia proximum meum propter te, quia tu es summum, infinitum, et perfectissimum bonum, omni dilectione dignum. In hac caritate uiuere et mori statuo.

[Actus Fidei] **Domine Deus**, firma fide credo et confiteor omnia et singula quae sancta ecclesia Catholica proponit, quia tu, Deus, ea omnia reuelasti, qui es aeterna ueritas et sapientia quae nec fallere nec falli potest. In hac fide uiuere et mori statuo.

[Actus Spei] **Domine Deus**, spero per gratiam tuam remissionem omnium peccatorum, et post hanc uitam aeternam felicitatem me esse consecuturum: quia tu promisisti, qui es infinite potens, fidelis, benignus, et misericors. In hac spe uiuere et mori statuo.

[Actus Contritionis] **Deus meus**, ex toto corde poenitet me omnium meorum peccatorum, eaque detestor, quia peccando, non solum poenas a Te iuste statutas promeritus sum, sed praesertim quia offendi Te, summum bonum, ac dignum qui super omnia diligaris. Ideo firmiter propono, adiuuante gratia Tua, de cetero me non peccaturum peccandique occasiones proximas fugiturum.

**En ego**, O bone et dulcissime Iesus, ante conspectum tuum genibus me prouoluo, ac maximo animi ardore te oro atque obtestor, ut meum in cor uiuidos fidei, spei et caritatis sensus, atque ueram peccatorum meorum poenitentiam, eaque emendandi firmissimam uoluntatem uelis imprimere; dum magno animi affectu et dolore tua quinque uulnera tecum ipse considero ac mente contemplore, illud pree oculis habens, quod iam in ore ponebat tuo Dauid propheta de te, O bone Iesus: foderunt manus meas et pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea.

[Ad Sanctum Iosephum ante Missam] **O felicem uirum**, Beatum Iosephum, cui datum est Deum, quem multi reges uoluerunt uidere et non uiderunt, audire et non audierunt, non solum uidere et audire, sed portare, deosculari, uestire et custodire!

**M Ora pro nobis, Beate Iosephe,**  
**DD Ut digni efficiamur promissionibus Christi.**  
**Deus, qui dedisti nobis regale sacerdotium:**  
**praesta, quaesumus; ut, sicut beatus Iosephus unigenitum Filium tuum, natum ex Maria Uirgine, suis manibus reuerenter tractare meruit et portare, ita nos facias cum cordis munditia et operis innocentia tuis sanctis altaribus deseruire, ut sacrosanctum Filii tui Corpus et Sanguinem hodie digne sumamus, et in futuro saeculo praemium habere mereamur aeternum per eundem Christum Dominum nostrum.**

[Post Missam] **Uirginum custos et pater**, sancte Iosephe, cuius fideli custodiae ipsa innocentia Christus Iesus et Virgo Uirginum Maria commisa fuit; te per hoc utrumque carissimum pignus Iesum et Mariam obsecro et obtestor, ut me, ab omni immunditia praeseruatum, mente incontaminata, puro corde et casto corpore Iesus et Mariae semper facias castissime famulari.

[In honorem Sanctae Familiae] **Domine Iesus Christe**, qui Mariae et Iosephi subditus, domesticam uitam ineffabilibus uirtutibus consecrasti: fac nos, utriusque auxilio, Familae Sanctae tuae exemplis instrui et consortium consequi sempiternum: qui uiuis et regnas in saecula saeculorum.

[Ad Sanctum Michael post Missam et Rosarium]  
**Sancte Michael Archangele**, defende nos in proelio, contra nequitiam et insidias Diaboli esto praesidium. Imperit illi Deus, supplices deprecamur: tuque, Princeps militiae caelestis, Satanam aliosque spiritus malignos, qui ad perditionem animarum peruagantur in mundo, diuina uirtute, in infernum detrude.

**M Cor Iesus sacratissimum,**  
**DD Miserere nobis. :: ::**

**Requiem aeternam dona eis, Domine, et lux perpetua luceat eis. Requiescant in pace.**

**M Christus factus est pro nobis oboediens usque ad mortem,**  
**DD Mortem autem crucis.**

**Te Deum laudamus:** *Te Dominum confitemur.  
Te aeternum Patrem omnis terra ueneratur.  
Tibi omnes angeli, Tibi caeli et uniuersae  
potestates; Tibi cherubim et seraphim  
incessabili uoce proclamant:  
Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus  
sabaOTH. Pleni sunt caeli et terra maiestatis  
gloriae tuae. Te gloriosus apostolorum  
chorus, Te prophetarum laudabilis numerus,  
Te martyrum candidatus laudat exercitus.  
Te per orbem terrarum Sancta confitetur  
Ecclesia, patrem immensae maiestatis  
uenerandum tuum uerum et unicum Filium,  
Sanctum quoque Paraclitum Spiritum. Tu rex  
gloriae Christe, Tu Patris sempiternus es  
Filius; Tu, ad liberandum suscepturus  
hominem, non horruisti Uirginis uterum; Tu  
deuicto mortis aculeo, aperuisti credentibus  
regna caelorum; Tu ad dexteram Dei sedes, in  
gloria Patris.  
Iudeus crederis esse uenturus. Te ergo  
quaesumus, tuis famulis subueni, quos  
pretioso sanguine remisti. Aeterna fac cum  
sanctis tuis in gloria numerari.  
**M** Saluum fac populum tuum, Domine, et  
benedic hereditati tuae.  
**DD** Et rege eos, et extolle illosque in aeternum.  
**M** Per singulos dies benedicimus te.  
**DD** Et laudamus nomen tuum in saeculum, et in  
saeculum saeculi.  
**M** Dignare, Domine, die isto sine peccato nos  
custodire.  
**DD** Miserere nostri, Domine, miserere nostri.  
**M** Fiat misericordia tua, Domine, super nos,  
quoadmodum sperauimus in te.  
**DD** In te Domine, sperauit: non confundar in  
aeternum.*

**Gloria in excelsis Deo:** *et in terra pax  
hominibus bonaे uoluntatis. Laudamus te.  
Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus  
te. Gratias agimus tibi propter magnam  
gloriam tuam. Domine Deus, Rex caelestis,  
Deus Pater omnipotens. Domine Fili  
unigenite, Iesus Christe. Domine Deus, Agnus*

*Dei, Filius Patris. Qui tollis peccata mundi,  
miserere nobis. Qui tollis peccata mundi,  
suscipte deprecationem nostram. Qui sedes ad  
dexteram Patris, miserere nobis. Quoniam tu  
solus sanctus. Tu solus Dominus. Tu solus  
altissimus, Iesus Christe. Cum Sancto Spiritu,  
in gloria Dei Patris.*

**Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus**  
sabaOTH. Pleni sunt caeli et terra gloria tua.  
Hosanna in excelsis. Benedictus qui uenit in  
nomine Domini. Hosanna in excelsis.

**Ueni, Sancte Spiritus,** *reple tuorum corda  
fidelium, et tui amoris in eis ignem accende.*

**M** Emitte Spiritum tuum et creabuntur;

**DD** Et renouabis faciem terrae.

**D**omine Iesus Christe, Fili Dei uiui, qui ex  
uoluntate Patris cooperante Spiritu Sancto,  
per mortem tuam mundum uiuificasti: libera  
me per hoc sacrosanctum Corpus et  
Sanguinem tuum ab omnibus iniquitatibus  
meis et uniuersis malis: et fac me tuis semper  
inhaerere mandatis, et a te numquam separari  
permittas.

**Ueni, creator Spiritus,** *mentes tuorum uisita,  
imple superna gratia, quae tu creasti pectora.*

*Qui deceris Paraclitus, altissimi donum Dei,  
fons uiuus, ignis, caritas, et spiritalis unctio.*

**Tu septiformis munere, digitus paternae dexteræ,  
tu rite promessum Patris, sermone ditans**  
guttura.

**A**ccende lumen sensibus, infunde amorem  
cordibus, infirma nostri corporis uirtute  
firmans perpeti.

**H**ostem repellas longius pacemque dones  
protinus; ductore sic te praeuio uitemus omne  
noxiun.

**P**er te sciamus da Patrem noscamus atque  
Filium, teque utriusque Spiritum credamus  
omni tempore.

**D**eo Patri sit gloria, et Filio, qui a mortuis  
surrexit, ac Paraclito, in saeculorum saecula.

**Regi saeculorum** immortali et inuisibili, soli  
Deo honor et gloria in saecula saeculorum.

**Fiat laudetur** atque in aeternum super  
exalteretur iustissima, altissima et  
amabilissima uoluntas Dei in omnibus.

**Deus, propitius** esto mihi peccatori.

**Dulcissime Iesus,** non sis mihi Iudex, sed  
Saluator.

**Iesus Christe,** Fili Dei uiui, lux mundi, te adoro,  
tibi uiuo, tibi morior.

**Iesus Dulcissime,** in tuo sacratissimo Corde  
absconde me, ne permittas me separari a te,  
ab hoste maligno defende me.

**Anima Christi,** sanctifica me. *Corpus Christi*  
salua me. *Santus Christi*, inebria me. *Aqua  
lateris Christi* laua me. *Passio Christi*  
conforta me. *O bone Jesus, exaudi me.* Intra  
tua uulnera absconde me. Ne permittas me  
separari a te. Ab hoste maligno defende me.  
*In hora mortis meae uoca me.* Et iube me  
uenire ad te. Ut cum sanctis tuis laudem te in  
saecula saeculorum.

[*Psalmus CXXIX*] **De profundis clamaui ad te,**  
Domine: Domine exaudi uocem meam. Fiant  
aures tuae intendententes: in uocem  
deprecationes meae. Si iniquitates  
obseruaueris, Domine: Domine, quis  
sustinebit. Quia apud te propitatio est: et  
propter legem tuam sustinui te, Domine.  
Sustinuit anima mea in uerbo eius: sperauit  
anima mea in Domino. A custodia matutina  
usque ad noctem: specret Israel in Domino.  
Quia apud Dominum misericordia: et copiosa  
apud eum redemptio. Et ipse redemit Israel,  
ex omnibus iniquitatibus eius.

[*Laudes Diuinae*] **Benedictus Deus.**

**Benedictum Nomen Sanctum eius.**

**Benedictus Jesus Christus,** uerus Deus et uerus  
homo.

**Benedictus Nomen Jesus.**

**Benedictus Cor eius sacratissimum.**

**Benedictus Sanguis eius pretiosissimus.**

**Benedictus Iesus in sanctissimo altaris  
sacramento.**

**Benedictus Sanctus Spiritus, Paraclitus.**  
**Benedicta excelsa Mater Dei, Maria  
sanctissima.**

**Benedicta sancta eius et immaculata conceptio.**

**Benedicta eius gloriosa assumptio.**

**Benedictum nomen Mariae, Uirginis et Matris.**

**Benedictus sanctus Iosephus, eius castissimus  
sponsus.**

**Benedictus Deus in angelis suis, et in sanctis  
suis.**

[*Psalmus L*] **Miserere mei, Deus,** secundum  
magnum misericordiam tuam; et secundum  
multitudinem miserationum tuarum: dele  
iniquitatem meam. Amplius laua me ab  
iniquitate mea et a peccato meo munda me.  
Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, et  
peccatum meum contra me est semper. Tibi,  
soli peccaui et malum coram te feci; ut  
iustificeris in sermonibus tuis, et uincas cum  
iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus  
conceptus sum, et in peccatis concepti me  
mater mea. Ecce enim ueritatem dilexisti  
incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti  
mihi. Asperges my hyssopo, et mundabor;  
lauabis me, et super niuem dealabor. Auditui  
meo dabis gaudium et laetitiam, et exultabunt  
ossa humiliata. Auerte faciem tuam a peccatis  
meis, et omnes iniquitates mea dele. Cor  
mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum  
innoua in uisceribus meis. Ne proiicias me a  
facie tua et spiritum sanctum tuum ne auferas  
a me. Redde mihi laetitiam salutaris tui et  
spiritu pincipali confirma me. Docebo iniquos  
uias tuas, et impii ad te conuertentur. Libera  
me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meae,  
et exultabit lingua mea iuditiam tuam.  
Domine, labia mea aperies, et os meum  
annuntiabit laudem tuam. Quoniam si  
uoluisses sacrificium, dedissem utique,  
holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo  
spiritus contribulatus, cor contritum et  
humiliatum, Deus, non despicies. Benigne fac,  
Domine, in bona uoluntate tua Sion, ut  
aedificantur muri Ierusalem. Tunc acceptabis  
sacrificium iustitiae, oblationes et holocausta;  
tunc imponent super altare tuum uitulos.

**O sanctissima Trinitas, adore te habitantem per gratiam tuam in anima mea.**

**O sanctissima Trinitas, habitans per gratiam tuam in anima mea, fac ut magis ac magis amem te.**

**O sanctissima Trinitas, habitans per gratiam tuam in anima mea, magis et magisque santifica me.**

**Mane mecum, Domine, sis uerum meum gaudium.**

[*Ueni Emmanuel!*] **O Sapientia, quae ex ore Altissimi podiisti, attingens a fine usque ad finem, fortiter suauiterque disponens omnia: ueni ad docendum nos uiam prudeientiae.**

Proverbs 1.20, 8.9

**O Adonai, et Dux domus Israel, qui Moysi in igne flammæ rubi apparuisti, et ei in Sina legem dedisti: ueni ad redimendum nos in bracchio extento.** Exodus 3, Micah 5.2

**O radix Iessi, qui stas in signum populorum, super quem continebunt reges os suum, quem gentes deprecabuntur: ueni ad liberandum nos, iam noli tardare.** Isaiah 11.10

**O clavis David, et sceptrum domus Israel; qui aperis, et nemo claudit; clidis, et nemo aperit: ueni, et educ uinctum de domo carceris, sedentem in tenebris, et umbra mortis.**

Isaiah 22.22

**O Oriens, splendor lucis aeternae, et sol iustitiae: ueni et illumina sedentes in tenebris, et umbra mortis.** Malachi 4.2

**O Rex gentium, et desideratus earum, lapisque angularis, qui facis utraque unum: ueni, et salua hominem, quem de limo formasti.**

Isaiah 28.16

**O Emmanuel, Rex et legifer noster, expectatio gentium, et Saluator earum: ueni ad saluandum nos, Domine Deus noster.**

Isaiah 7.14, 8.8

[*Oratio Uniuersalis*] **Credo Domine, sed credam firmius; spero, sed sperem securius; amo, sed amem ardentius; doleo, sed doleam uehementius. Adoro te ut primum principium; desidero ut finem ultimum; laudo ut benefactorem perpetuum; inuoco ut defensorem propitium. Tua me sapientia dirige, iustitia contine, clementia solare,**

**potentia protege. Offero tibi, Domine cogitanda, ut sint ad te; dicenda, ut sint de te; facienda, ut sint secundum te; ferenda; ut sint propter te. Uolo quidquid uis, uolo quia uis, uolo quomodo uis, uolo quamdiu uis. Oro, Domine; intellectum illumines, uoluntatem inflames, cor emundes, animam sanctifies. Fefleam praeteritas iniquitates, repellam futuras tentationes, corrigam uitiosas propensiones, excolam idoneas uirtutes. Tribue mihi, bone Di, amorem tui, odium mei, zelum proximi, contemplum mundi. Studeam superibus obedire, inferioribus subuenire, amiciis consulere, inimicis parcere. Uincam uoluptatem austertate, auaritiam largitate, iracundiam lenitate, tepiditatem fero. Redde me prudentem in consiliis, constantem im periculis, patientem in aduersis, humile in prosperis. Fac, Domine, ut sim in oratione attentus, in epulis sobrius, in munere sedulus, in proposito firmus. Curem habere innocentiam interiorem, modestiam exteriorem, conuersationem exemplarem, uitam regularem. Assidue inuigilem naturae domandae, gratiae fouendae, legi seruandae, saluti promerendae. Discam a te quam tenue quod terrenum, quam grade quod diuinum, quam breue quod temporaneum, quam durabile quod aeternum. Da mortem praeueniam, iudium pertimeam, infernum effugiam, paradisum obtineam per Christum Dominum nostrum.**

Clement XI

**Da, quaesumus Domine, ut in hora mortis nostrae sacramentis refecti et culpis omnibus expiati, in sinum misericordiae tuae laeti suscipi mereamur per Christum Dominum nostrum.**

**Da, Domine, propitius pacem in diebus nostris, ut, ope misericordiae tuae adiuti, et a peccato simus semper liberi et ab omni perturbatione secure per Christum Dominum nostrum.**

**Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de eius semper consolatione gaudere per Christum Dominum nostrum.**

*Sub tuum praesidium configimus, Sancta Dei  
Genetris. Nostras deprecationes ne despicias  
in necessitatibus, sed a periculus cunctis  
libera nos semper, Uirgo gloria et  
benedicta.*

*Aue maris stella, Dei Mater alma, atque semper  
Uirgo, felix caeli porta. Surmens illud ‘Aue’  
Gabrielis ore, funda nos in pace, mutans Euae  
nomen. Solue uincula reis, profer lumen  
caecis mala nostra pelle, bona cuncta posce.  
Monstra te esse matrem: sumat per te preces,  
qui pro nobis natus, tulit esse tuus.*

*Uirgo singularis, inter omnes mites, nos culpis solutos, mites fac et castos. Uitam praesta puram, iter para tutum: ut uidentes Iesum semper collaetemur.*

*Sit laus Deo Patri, summo Christo decus,  
Spiritui Sancto tribus honor unus.*

**Domine sancte**, Pater omnipotens aeterne Deus,  
propter tuam largitatem et Filii tui, qui pro me  
sustinuit passionem et mortem, et Matris eius  
excellentissimam sanctitatem, atque omnium  
santorum merita, concede mihi peccatori, et  
omni tuo beneficio indigno, ut te solum  
diligam, tuum amorem semper sitiam,  
beneficium passionis continuo in corde  
habeam, meam miseriam recognoscam, et ab  
omnibus conculari et contemni cupiam; nihil  
me contristet nisi culpa. Bonaventure

## *Litaniae Sacratissimi Cordis Iesu*

<b>M</b> <i>Kyrie, eleison.</i>	<b>DD</b> ::
<i>Christe, eleison.</i>	::
<i>Kyrie, eleison.</i>	::
<i>Christe,</i>	<b>DD</b> <i>Audi nos.</i>
<i>Christe,</i>	<i>Exaudi nos.</i>
<i>Pater de caelis, Deus,</i>	<b>DD</b> <i>Miserere nobis.</i>
<i>Fili, Redemptor mundi, Deus,</i>	
<i>Spiritus Sancte, Deus,</i>	
<i>Sancta Trinitas, unus Deus,</i>	
<i>Cor Iesus, Filii Patris aeterni,</i>	
	<b>DD</b> <i>Miserere nobis.</i>
<i>Cor Iesus, in sinu Virginis Matris a Spiritu</i>	
<i>Sancto formatum,</i>	
<i>Cor Iesus, Uerbo Dei substantialiter unitum,</i>	
<i>Cor Iesus, maiestatis infinitae,</i>	
<i>Cor Iesus, templum Dei sanctum,</i>	

*Cor Jesus, tabernaculum Altissimi,  
Cor Jesus, domus Dei et porta caeli,  
Cor Jesus, fornax ardens caritatis,  
Cor Jesus, iustitiae et amoris receptaculum,  
Cor Jesus, bonitate et amore plenum,  
Cor Jesus, uirtutum omnium abyssus,  
Cor Jesus, omni laude dignissimum,  
Cor Jesus, rex et centrum omnium cordium,  
Cor Jesus, in quo sunt omnes thesauri sapientiae  
et scientiae,  
Cor Jesus, in quo habitat omnis plenitudo  
diuinitatis,  
Cor Jesus, in quo Pater sibi bene complacuit,  
Cor Jesus, de cuius plenitudine omnes nos  
accepimus,  
Cor Jesus, desiderium collium aeternorum,  
Cor Jesus, patiens et multae misericordiae,  
Cor Jesus, diues in omnes qui inuocant te,  
Cor Jesus, fons uitiae et sanctitatis,  
Cor Jesus, propitiatio pro peccatis nostris,  
Cor Jesus, saturatum opprobriis,  
Cor Jesus, attritum propter scelera nostra,  
Cor Jesus, usque ad mortem obediens factum,  
Cor Jesus, lancea perforatum,  
Cor Jesus, fons totius consolationis,  
Cor Jesus, uita et resurrectio nostra,  
Cor Jesus, pax et reconciliatio nostra,  
Cor Iesu, uictima peccatorum,  
Cor Jesus, salus in te sperantium,  
Cor Jesus, spes in te morientium,  
Cor Jesus, deliciae Sanctorum omnium,  
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,*

DD Parce nobis, Domine.  
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
                  DD Exaudi nos, Domine.  
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
                  DD Miserere nobis.  
Iesus, mitis et humilis corde,  
                  DD Fac cor nostrum secundum Cor tuum.  
Omnipotens sempiterne Deus, respice in Cor  
dilectissimi Filii tui, et in laudes et  
satisfactiones, quas in nomine peccatorum tibi  
persoluit, iisque misericordiam tuam  
petentibus tu ueniam concede placatus, in  
nomine eiusdem Filii tui Iesu Christi: Qui  
tecum uiuit et regnat in saecula saeculorum.

## *Litaniae [Sacratissimae] Sanguinis Christi*

**M** Kyrie, eleison.  
Christe, eleison.  
Kyrie, eleison.  
Christe,  
Christe,  
**Pater de caelis, Deus,**      **DD** Audi nos.  
**Fili, Redemptor mundi, Deus,**  
**Spiritus Sancte, Deus,**  
**Sancta Trinitas, unus Deus,**  
**Sanguis Christi, Unigeniti Patris aeterni,**  
**DD** Exaudi nos.  
**DD** Miserere nobis.  
**DD** Salua nos.  
Sanguis Christi, Uerbi Dei incarnati,  
Sanguis Christi, Noui et Aeterni Testamenti,  
Sanguis Christi, in agonia decurrentis in terram,  
Sanguis Christi, in flagellatione profluesit,  
Sanguis Christi, in coronatione spinarum emanans,  
Sanguis Christi, in Cruce effusus,  
Sanguis Christi, pretium nostrae salutis,  
Sanguis Christi, sine quo non fit fimissio,  
Sanguis Christi, in Eucharistia potus et lauacrum animarum,  
Sanguis Christi, flumen misericordiae,  
Sanguis Christi, uictor daemonum,  
Sanguis Christi, fortitudo martyrum,  
Sanguis Christi, uirtus confessorum,  
Sanguis Christi, germinans uirgines,

*Sanguis Christi, robur periclitantium,  
Sanguis Christi, leuamen laborantium,  
Sanguis Christi, in fletu solatium,  
Sanguis Christi, spes penitentium,  
Sanguis Christi, solamen morientium,  
Sanguis Christi, pax et dulcedo cordium,  
Sanguis Christi, pignus uitiae aeternae,  
Sanguis Christi, animas liberans de lacu  
Purgatorii,  
Sanguis Christi, omni gloria et honore  
dignissimus,  
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
                 **DD** Parce nobis, Domine.  
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
                 **DD** Exaudi nos, Domine.  
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,  
                 **DD** Miserere nobis.  
Redimisti nos, Domine, in sanguine tuo.  
                 **DD** Et fecisti nos Deo nostro regnum.  
Omnipotens sempiterne Deus, qui inigenitum  
Filium tuum mundi Redemptorem constitueristi,  
ac eius sanguine placare uoluisti: concede,  
quaesumus, salutis nostrae pretium ita  
uenerari, atque a praesentis uitiae malis eius  
uirtute defendi in terris, ut fructu perpetuo  
laetemur in caelis per eundem Christum  
Dominum nostrum.*

***Litaniae Lauretanae***

**M** Kyrie, eleison.  
*Christe, eleion.* ::  
*Kyrie, eleison.* ::  
*Christe,*                   **DD** Audi nos.  
*Christe,*                   *Exaudi nos.*  
*Pater de caelis, Deus,*      **DD** Miserere nobis.  
*Fili, Redemptor mundi, Deus,*  
*Spiritus Sancte, Deus,*  
*Sancta Trinitas, unus Deus,*  
*Sancta Maria,*               **DD** Ora pro nobis.  
*Sancta Dei Genetrix,*  
*Sancta Uirgo uirginum,*  
*Mater Christi,*  
*Mater diuinae gratiae,*  
*Mater purissima,*  
*Mater castissima,*  
*Mater inuiolata,*  
*Mater intemerata,*  
*Mater amabilis,*  
*Mater admirabilis,*  
*Mater boni consilii,*  
*Mater Creatoris,*  
*Mater Saluatoris,*  
*Uirgo prudentissima,*  
*Uirgo ueneranda,*  
*Uirgo praedicanda,*  
*Uirgo potens,*  
*Uirgo clemens,*  
*Uirgo fidelis,*  
*Speculum iustitiae,*  
*Sedes sapientiae,*  
*Causa nostrae laetitiae,*  
*Uas spirituale,*  
*Uas honorabile,*  
*Uas insigne deuotionis,*  
*Rosa mystica,*  
*Turris Dauidica,*

*Turris eburnea,*  
*Domus aurea,*  
*Foederis arca,*  
*Ianua caeli,*  
*Stella matutina,*  
*Salus infirmorum,*  
*Refugium peccatorum,*  
*Consolatrix afflictorum,*  
*Auxilium Christianorum,*  
*Regina Angelorum,*  
*Regina Patriarcharum,*  
*Regina Prophetarum,*  
*Regina Apostolorum,*  
*Regina Martyrum,*  
*Regina Confessorum,*  
*Regina Uirginum,*  
*Regina Sanctorum omnium,*  
*Regina sine labe originali concepta,*  
*Regina in caelum assumpta,*  
*Regina sacratissimi Rosarii,*  
*Regina pacis,*  
*Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,*      **DD** Parce nobis, Domine.  
*Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,*      **DD** Exaudi nos, Domine.  
*Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,*      **DD** Miserere nobis.  
*Ora pro nobis, sancta Dei Genetrix,*      **DD** Ut digni efficiamur promissionibus  
*Christi.*  
*Concede nos famulos tuos, quae sumus, Domine*  
*Deus, perpetua mentis et corporis sanitate*  
*gaudere, et gloriosae beatae Mariae semper*  
*Uirginis intercessione, a praesenti liberari*  
*tristitia, et aeterna perfrui laetitia. Per*  
*Christum Dominum nostrum.*

*Litaniae sanctorum*

<b>M</b> Kyrie, eleison.	<b>DD</b> ::	Sancti Cosma et Damiane,
Christe, eleison.	::	<b>DD</b> Orate pro nobis.
Kyrie, eleison.	::	<b>DD</b> Orate pro nobis.
Christe,	<b>DD</b> Audi nos.	<b>DD</b> Orate pro nobis.
Christe,	Exaudi nos.	<b>DD</b> Ora pro nobis.
Pater de coelis Deus,	<b>DD</b> Miserere nobis.	
Fili Redemptor mundi Deus,		
Spiritus sancte Deus,		
Sancta Trinitas unus Deus,		
Sancta Maria,	<b>DD</b> Ora pro nobis.	
Sancta Dei Genetrix,		
Sancta Uirgo uirginum,		
Sancte Michael,		
Sancte Gabriel,		
Sancte Raphael,		
Omnes sancti Angeli, et Archangeli,	<b>DD</b> Orate pro nobis.	
Omnes sancti beatorum Spirituum ordines,	<b>DD</b> Orate pro nobis.	
Sancte Ioannes Baptista,	<b>DD</b> Ora pro nobis.	
Sancte Iosephe,		
Omnes sancti Patriarchae, et Prophetae,	<b>DD</b> Orate pro nobis.	
Sancte Petre,	<b>DD</b> Ora pro nobis.	
Sancte Paule,		
Sancte Andrea,		
Sancte Iacobe,		
Sancte Ioannes,		
Sancte Thoma,		
Sancte Iacobe,		
Sancte Philippe,		
Sancte Bartholomaee,		
Sancte Matthaei,		
Sancte Simon,		
Sancte Thaddaei,		
Sancte Mathia,		
Sancte Barnaba,		
Sancte Luca,		
Sancte Marce,		
Omnes sancti Apostoli, et Euangelistae,	<b>DD</b> Orate pro nobis.	
Omnes sancti Discipuli Domini,	<b>DD</b> Orate pro nobis.	
Omnes sancti Innocentes,	<b>DD</b> Orate pro nobis.	
Sancte Stephane,	<b>DD</b> Ora pro nobis.	
Sancte Laurenti,		
Sancte Uincenti,		
Sancti Fabiane et Sebastiane,	<b>DD</b> Orate pro nobis.	
Sancti Ioannes et Paule,	<b>DD</b> Orate pro nobis.	
		Per mysterium sanctae incarnationis tuae,
		14

*Per aduentum tuum,*  
*Per natuitatem tuam,*  
*Per baptismum et sanctum iejunium tuum,*  
*Per crucem et passionem tuam,*  
*Per mortem et sepulturam tuam,*  
*Per sanctam resurrectionem tuam,*  
*Per admirabilem ascensionem tuam,*  
*Per aduentum Spiritus sancti Paracliti,*  
*In die iudicii,*  
*Peccatores, te rogamus,*                   **DD Audi nos.**  
*Ut nobis parcas, te rogamus,*  
*Ut nobis indulgeas, te rogamus,*  
*Ut ad ueram poenitentiam nos perducere digneris, te rogamus,*  
*Ut Ecclesiam tuam sanctam regere, et conseruare digneris,*  
*Ut Dominum apostolicum, et omnes ecclesiasticos ordines in sancta religione conseruare digneris,*  
*Ut inimicos sanctae Ecclesiae humiliare digneris,*  
*Ut Regibus et Principibus christianis pacem et ueram concordiam donare digneris,*  
*Ut cuncto populo christiano pacem et unitatem largiri digneris,*  
*Ut nos metipsos in tuo sancto seruitio confortare, et conseruare digneris,*  
*Ut mentes nostras ad coelestia desideria erigas,*  
*Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas,*  
*Ut animas nostras, fratrum, propinquorum, et benefactorum nostrorum ab aeterna damnatione eripias,*  
*Ut fructus terrae dare et conseruare digneris,*  
*Ut omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam donare digneris,*  
*Ut nos exaudire digneris, Fili Dei,*  
*Dei, qui tollis peccata mundi,*                   **DD Parce nobis, Domine.**  
*Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,*                   **DD Exaudi nos, Domine.**  
*Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,*                   **DD Miserere nobis.**  
*Christe,*   **DD Audi nos.**  
*Christe,*   **DD Exaudi nos.**  
*Christe,*   **DD Audi nos.**  
*Kyrie, eleison.*   **DD ::**  
*Christe, eleison*   **DD ::**  
*Kyrie, eleison.*   **DD ::**  
*\*Et ne nos inducas in tentationem,*                   **DD Sed libera nos a malo.**  
*Benedictus Deus.*  
*Benedictum Nomen Sanctum eius.*

*Benedictus Jesus Christus, uerus Deus et uerus homo.*  
*Benedictum Nomen Iesus.*  
*Benedictum Cor eius sacratissimum.*  
*Benedictus Sanguis eius pretiosissimus.*  
*Benedictus Jesus in sanctissimo altaris Sacramento.*  
*Benedictus Sanctus Spiritus, Paraclitus.*  
*Benedicta excelsa Mater Dei, Maria sanctissima.*  
*Benedicta sancta eius et immaculata Conceptio.*  
*Benedicta eius gloriosa Assumptio.*  
*Benedictum nomen Mariae, Uirginis et Matris.*  
*Benedictus sanctus Iosephus, eius castissimus Sponsus.*  
*Benedictus Deus in Angelis suis, et in Sanctis suis.*

**Supplicatio ad Deum**

<b>M</b> Kyrie, eleison.	<b>DD ::</b>
Christe, eleison.	::
Kyrie, eleison.	::
<b>Christe, audi nos.</b>	<b>DD ::</b>
Christe, exaudi nos.	::
<b>Pater de caelis Deus,</b>	<b>DD Miserere nobis.</b>
Fili Redemptor mundi Deus,	
Spiritus Sancte Deus,	
Sancta Trinitas, unus Deus,	

**Inuocatio Sanctorum**

<b>M</b> Sancta Maria,	<b>DD Ora pro nobis.</b>
Sancta Dei Genetrix,	
Sancta Uirgo uirginum,	
Sancte Michael,	
Sancte Gabriel,	
Sancte Raphael,	
Omnes sancti Angeli et Archangeli,	
<b>DD Orate pro nobis.</b>	
Omnes sancti beatorum Spirituum ordines,	
<b>DD Orate pro nobis.</b>	

**Patriarchae et Prophetae**

<b>M</b> Sancte Abraham,	<b>DD Ora pro nobis.</b>
Sancte Moyses,	
Sancte Elia,	
Sancte Ioannes Baptista,	
Sancte Iosephe,	
Omnes sancti Patriarchae et Prophetae,	
<b>DD Orate pro nobis.</b>	

**Apostoli et Discipuli**

<b>M</b> Sancte Petre,	<b>DD Ora pro nobis.</b>
Sancte Paule,	
Sancte Andrea,	
Sancte Iacobe Maior,	

*Sancte Ioannes,*  
*Sancte Thoma,*  
*Sancte Iacobe Minor,*  
*Sancte Philippe,*  
*Sancte Bartolomaei,*  
*Sancte Matthaei,*  
*Sancte Simon,*  
*Sancte Thaddaei,*  
*Sancte Matthiae,*  
*Sancte Barnaba,*  
*Sancte Luca,*  
*Sancte Marce,*  
*Omnes sancti Apostoli et Evangelistae,*  
**DD Orate pro nobis.**  
*Omnes sancti discipuli Domini,*  
**DD Orate pro nobis.**

**Martyres**

**M** *Omnes sancti Innocentes,*  
**DD Orate pro nobis.**  
*Sancte Stephane,*  
*Sancte Ignati Antiochene,*  
*Sancte Polycarpe,*  
*Sancte Iustine,*  
*Sancte Laurenti,*  
*Sancte Uincenti.*  
*Sancti Fabiane et Sebastiane,*  
**DD Orate pro nobis.**  
*Sancti Ioannes et Paule,*  
**DD Orate pro nobis.**  
*Sancti Cosma et Damiane,*  
**DD Orate pro nobis.**  
*Sancti Geruasi et Protasi,*  
**DD Orate pro nobis.**  
*Sancte Cypriane,*  
*Sancte Bonifati,*  
*Sancte Stanislae,*  
*Sancte Thoma Becket,*  
*Sancti Ioannes Fisher et Thoma More,*  
**DD Orate pro nobis.**  
*Sancte Paule Miki,*  
**DD Ora pro nobis.**  
*Sancti Ioannes de Brebeuf et Isaac Iogues,*  
**DD Orate pro nobis.**  
*Sancte Petre Chanel,*  
*Sancte Carole Lwanga,*  
*Sanctae Perpetua et Felicitas,*  
**DD Orate pro nobis.**  
*Sancta Maria Goretti,*  
*Omnes sancti martyres,*  
**DD Orate pro nobis.**

**Episcopi et Doctores**

**M** *Sancte Syluester,*  
*Sancte Leo,*  
*Sancte Gregori,*  
**DD Ora pro nobis.**

*Sancte Ambrosi,*  
*Sancte Augustine,*  
*Sancte Hieronyme,*  
*Sancte Athanasi,*  
*Sancti Basili et Gregori Nazianzene,*  
**DD Orate pro nobis.**  
*Sancte Ioannes Chrysostome,*  
**DD Ora pro nobis.**  
*Sancte Martine,*  
*Sancte Nicolae,*  
*Sancte Patrici,*  
*Sancti Cyrille et Methodi,*  
**DD Orate pro nobis.**  
*Sancte Carole Borromeo,*  
**DD Ora pro nobis.**  
*Sancte Francis de Sales,*  
*Sancte Pie Decime,*  
*Omnes sancti Pontifices et Confessores,*  
**DD Orate pro nobis.**  
*Omnes sancti Doctores,*  
**DD Orate pro nobis.**

**Presbyteri et Religiosi**

**M** *Sancte Antoni,*  
*Sancte Benedicte,*  
*Sancte Bernarde,*  
*Sancte Dominice,*  
*Sancte Francisce,*  
*Sancte Thoma de Aquino,*  
*Sancte Ignati de Loyola,*  
*Sancte Francisce Xauier,*  
*Sancte Uincenti de Paul,*  
*Sancte Ioannes Maria Uianney,*  
*Sancte Ioannes Bosco,*  
*Omnes sancti Sacerdotes et Leuitae,*  
**DD Orate pro nobis.**  
*Omnes sancti Monachi et Eremitae,*  
**DD Orate pro nobis.**

**Sanctae Dei**

**M** *Sancta Anna,*  
**DD Ora pro nobis.**  
*Sancta Maria Magdalena,*  
*Sancta Agatha,*  
*Sancta Lucia,*  
*Sancta Agnes,*  
*Sancta Caecilia,*  
*Sancta Catharina,*  
*Sancta Anastasia,*  
*Sancta Catharina Senensis,*  
*Sancta Teresia de Auila,*  
*Sancta Rosa de Lima,*  
*Omnes sanctae Uirgines et Uiduae,*  
**DD Orate pro nobis.**

**Laici**

**M** Sancte Ludouice,  
**DD** Ora pro nobis.  
**Sancta Monica,**  
**Sancta Elisabeth Hungariae,**  
**Omnes Sancti et Sanctae Dei,**  
**DD** Intercedite pro nobis.

**Inuocatio ad Christum**

**M** Propitius esto,  
**Propitius esto,**  
**Ab omni malo,**  
**Ab omni peccato,**  
**Ab ira tua,**  
**A subitanea et improuisa morte,**  
**Ab insidiis diaboli,**  
**Ab ira et odio et omni mala uoluntate,**  
**A spiritu fornicationis,**  
**A fulgure et tempestate,**  
**A flagello terraemotus,**  
**A peste, fame et bello,**  
**A morte perpetua,**  
**Per mysterium sanctae Incarnationis tuae,**  
**Per aduentum tuum,**  
**Per natuitatem tuam,**  
**Per baptismum et sanctum ieiunium tuum,**  
**Per crucem et passionem tuam,**  
**Per mortem et sepulturam tuam,**  
**Per sanctam resurrectionem tuam,**  
**Per admirabilem ascensionem tuam,**  
**Per aduentum Spiritus Sancti Paracliti,**  
**In die iudicii,**

**Supplicatio pro Uariis Necessitatibus**

**M** Peccatores,  
**DD** Te rogamus, audi nos.  
**Ut nobis parcas,**  
**Ut nobis indulgeas,**  
**Ut ad ueram paenitentiam nos perducere digneris,**  
**Ut Ecclesiam tuam sanctam regere et conseruare digneris,**  
**Ut domum Apostolicum et omnes ecclesiasticos ordines in sancta religione conseruare digneris,**  
**Ut inimicos sanctae Ecclesiae humiliare digneris,**  
**Ut regibus et principibus christianis pacem et ueram concordiam donare digneris,**  
**Ut cuncto populo christiano pacem et unitatem largiri digneris,**  
**Ut omnes errantes ad unitatem Ecclesiae reuocare, et infideles uniuersos ad Euangeliū lumen perducere digneris,**  
**Ut nosmetipsos in tuo sancto seruilio confortare et conseruare digneris,**  
**Ut mentes nostras ad caelestia desideria erigas,**

*Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas,*

*Ut animas nostras, fratrum, propinquorum et benefactorum nostrorum ab aeterna damnatione: eripias,*

*Ut fructus terrae dare et conseruare digneris,*

*Ut omnibus fidelibus defunctis requiem aeternam donare digneris,*

*Ut nos exaudire digneris,*

**Conclusio**

**M** Fili Dei,  
**DD** Te rogamus, audi nos.  
**Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.**

**DD** Parce nobis, Domine.

**Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,**

**DD** Exaudi nos, Domine.

**Agnus Dei, qui tollis peccata mundi,**

**DD** Miserere nobis.

**Christe,**  
**DD** Audi nos.

**Christe,**  
**Exaudi nos.**

**DD** ::

**Kyrie, eleison.**  
**Christe, eleison**  
**Kyrie, eleison.**

::

::

\*Et ne nos inducas in tentationem.

**DD** Sed libera nos a malo.

[Psalms LXIX] **M** Deus, in adiutorium meum intende:

**DD** Domine ad adiuuandum me festina.  
**Confundantur, et reuereantur,**

**DD** Qui quaerunt animam meam.

**Auertantur retrorsum, et erubescant,**

**DD** Qui uolunt mihi mala.

**Auertantur statim erubescentes,**

**DD** Qui dicunt mihi: Euge, euge.

**Exultent et laetentur in te,**

**DD** Omnes qui quaerunt te:

**Et dicant semper: Magnificetur Dominus:**

**DD** Qui diligunt salutare tuum.

**Ego uero egenus et pauper sum:**

**DD** Deus adiuua me.

**Adiutor meus et liberator meus es tu:**

**DD** Domine, ne moreris.

**D** Saluos fac seruos tuos.

**DD** Deus meus, sperantes in te.

**Esto nobis, Domine, turris fortitudinis.**

**DD** A facie inimici.

**Nihil proficiat inimicus in nobis.**

**DD** Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

**Domine, non secundum peccata nostra facias nobis.**

**DD** Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

**Oremus pro Pontifice nostro {nomen}.**

**DD** Dominus conseruet eum, et uiuifet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam inimicorum eius.

Oremus pro benefactoribus nostris.

**DD** Retribuere dignare, Domine, omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum, uitam aeternam.

Oremus pro fidelibus defunctis.

**DD** Requiem aeternam dona eis, Domine, et lux perpetua luceat eis.

Requiescant in pace.

**DD** Amen.

Pro fratribus nostris absentibus.

**DD** Saluos fac seruos tuos, Deus meus, sperantes in te.

Mitte eis, Domine, auxilium de sancto.

**DD** Et de Sion tuere eos.

Domine, exaudi orationem meam.

**DD** Et clamor meus ad te ueniat. Dominus uobiscum. **DD** Et cum spiritu tuo.

### Collecta

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere: suscipe deprecationem nostram; ut nos, et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuae pietatis clementer absoluat.

Exaudi, quaesumus, Domine, supplicum preces, et confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus et pacem. Ineffabilem nobis, Domine, misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos et a peccatis omnibus exuas, et a poenis quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpa offenderis, paenitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice; et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, auerte.

Omnipotens sempiterne Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro {nomen}, et dirige eum

secundum tuam clementiam in uiam salutis aeternae: ut, te donante, tibi placita cupiat, et tota uirtute perficiat.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, et iusta sunt opera: da seruis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et, hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

Ure igne Sancti Spiritus renes nostros et cor nostrum, Domine: ut tibi casto corpore seruiamus, et mundo corde placeamus.

Fidelium, Deus omnium Conditor et Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam semper optauerunt, piis supplicationibus consequantur.

Actiones nostras, quaesumus, Domine, aspirando praeueni et adiuuando prosequere: ut cuncta oratio et operatio a te semper incipiat et per te coepta finiatur.

Omnipotens sempiterne Deus, qui uiuorum dominaris simul et mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide et opere futuros esse praenoscis: te supplices exoramus,

Ut pro quibus effundere preces decreuimus, quosque uel praesens saeculum adhuc in carne retinet uel futurum iam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus sanctis tuis, pietatis tuae clementia, omnium delictorum suorum ueniam consequantur per Dominum nostrum Iesum Christum.

**M** Dominus uobiscum. **DD** Et cum spiritu tuo. Exaudiat nos omnipotens et misericors Dominus. **DD** Amen.

Et fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace.

Πατερ ημών ο εν τοις ουρανοίς· αγιασθήτω το ονόμα σου· ελθετω η βασιλεία σου· γενηθήτω το θελήμα σου, ως εν ουρανῷ καὶ επὶ γῆς·

Τὸν αρτὸν ημῶν τὸν επισουσίον δὸς ημῖν σήμερον· καὶ αφες ημῖν τὰ οφειληματαὶ ημῶν, ως καὶ ημεῖς αφήκαμεν τοῖς οφειλεταῖς ημῶν καὶ μὴ εἰσενεγκῆς ημᾶς εἰς πειρασμὸν, ἀλλὰ ρῦσαι ημᾶς απὸ τοῦ πονηροῦ.

Matthew 6.9-13

*Quia tuum est regnum potentia et Gloria in saecula saeculorum.*

Χαίρε Μαριάμ, κεχαριτωμένη, ο κύριος μετα σου. Η δε Επι τω λογω διεταραχθή καὶ Διελογιζετ  
—ο ποταμός ειη ο ασπασμός ουτος.

Luke 1.28-29

Αγιαὶ Μαριάμ, η μητήρ του θεου, *ora pro nobis peccatoribus, nunc et in hora mortis nostrae.*

Μεγαλυνει η ψυχη μου τον κυριον, και ηγαλλιασεν το πνευμα μου επι τω θεω τω σοτηρι μου, ο —τι επεβλεψεν επι την ταπεινωσιν της δουλης αυτου. Ιδου γαρ απο του νυν μακαριουσιν με πασαι αι γενεαι. Οτι εποιησεν μοι μεγαλα ο δυνατος. Και αγιον το ονομα αυτου, και το ελεο —ς αυτου εις γενεας τοις φοβουμενοις αυτον.

Εποιησεν κρατος εν βραχιονι αυτου, διεσκορπισεν υπερηφανους διανοια καρδιας αυτων· καθει —λεν δυναστας απο θρονων και υψωσεν ταπεινους, πεινωτας ενεπλησεν αγαθων και πλουτο —υντας εξαπεστειλεν κενους. Αντελαβετο Ισραηλ παιδος αυτου. Μνησθηναι ελεους, καθως ελαλησεν προς τους πατερας ημων, τω Αβρααμ και τω σπερματι αυτου εις τον αιωνα.

Luke 1.46-55